7874 S. Pons in monasterio RICOLVI (addens *nel giardino di D. Chiabando*) et RELIQUI. Ibidem adhuc.

VIPVS·SCA
EVAEI · F
urceus MERCVRI *sic* *caduceus*
V·S·L·M

Contuli. Ricolviana n. 9; Vernazza ms. a Cristinio; Millin *voy.* 2, 556; Bonifassi n. 5; Gazzera ms. et ab alio et a. 1834 a Mulettio; Bourquelot n. 12; Carlone n. 151.

7875 nuper rep. est in monasterio S. Pontii BOURQ. 1850.

SIL
VA
NO

Bourquelot n. 7 (inde Carlone n. 153).

7876 Nizzae in aedibus M. de Magistris.

D · SIL · S
C·ARIVS·DOMI
TIANVS . . . .
I\OTVRO·V·V
VOTVM·LIBENS
SOLVIT

Servarunt Ricolviana n. 1. Inde Bonifassi n. 13; Bourquelot n. 8 ex codice Pierrelas; Carlone n. 21.

Fuit sic fere: *d(eo) Sil(vano) s(acrum) C. Arius Domitianus* [*quod pr*]*o* [*fili*]*o v(otum?) v(ovit), votum libens solvit.*

7877 Cimiez *trovata ai giorni nostri nel giardino degli Osservanti Riformati* GIOFFR.

CLAVD
HELENV
CEME\
PVXIDEM *ebo*
REAM · D *edit*

Servavit Gioffredus *Alpi* ms. p. 47, ed. p. 112. Inde Ricolviana n. 30; Bonifassi n. 10; Bourquelot n. 15; Sanguineti p. 202; Carlone n. 107.

7878 ara prope Cimiez in agro domini de Nieubourg.

AXI·F·VOTV
SOLVERVNT

Bourquelot n. 18 (inde Carlone n. 135).

7879 basis magna. Cimiez in villa Gubernatis GIOFFR.; deinde marchionis Ferreiro SULZER (1780) MILLIN; postea Garin BOURQUELOT et ALII et EGO.

CORNELIAE·SALO
NINAE
SANCTISSIM · AVG
CONIVG · GALLIENI
IVNIORIS·AVG·N
ORDO · CEMENEL
CVRANT · AVRELIO
IANVARIO·V·E

Contuli. Gioffredo Nic. p. 18 (inde Mur. 254, 6; Orelli 1010) et lapide denuo ipsius iussu a duobus amicis recognito apud Pagium diss. hypat. p. 21 et *Alpi mar.* ms. p. 47, ed. p. 175 Bouche 1, 516; Spon misc. p. 163 ex de Mazaugues; Ricolviana n. 15; Sulzer *Reise* (1780) p. 226; Millin *voy.* 2, 549; Bonifassi n. 28; Gazzera et ab Anonymo et a. 1841 ab amico Cuneensi; Roubaudi *Nice* 1843 p. 55; Lud. Durante *hist. de Nice* 1, 86 cf. p. 83; Bourquelot n. 22; Tisserand 1, 38; Sanguineti p. 194; Carlone n. 132.

Titulum Pagius non recte revocavit ad Gallieni Augusti filium cognominem, qui nullus fuit immo intellegi patet Gallienum Valeriani filium Corneliae Saloninae maritum eumque appellari iuniorem Augustum ita, ut senior Augustus sit pater Valerianus. Vocabulorum autem senioris iuniorisque ita usurpatorum alterum exemplum novi nullum; nam seniores Augusti Diocletianus et Maximianus non appellantur nisi post depositum imperium, neque successores eorum utuntur iuniorum appellatione.

7880 Cimiez in vinea domini de Gubernatis prope amphitheatrum GIOFFR.

P·AELIO·SEVERINO
V · E
PRAESIDI · OPTIMO
ORDO · CEMEN
PATRONO

Gioffredus Nic. p. 17, a quo pendent, opinor, reliqua exempla omnia, scilicet eiusdem Gioffredi *Alpi* ms. p. 28; Bouchii 1, 121 qui auctorem non citat (inde Spon. misc. p. 163); Mur. 1037, 4 ex Gioffredo; Beaumontii *marit. Alps* (1795) p. 94; Bonifassii n. 35; Bourquelotii n. 31; Tisserandi 1, 42; Sanguinetii p. 195; Carlonii n. 130.

2. 3 V·E·P | PRAESIDI Gioffr., V·E·PRAESID Bouche; egregiatus huic praesidi item tribuitur n. 7881. — 4 CEMENEL Bouche.

7881 Cimiez rep. prope amphitheatrum GIOFFR.

M · AVRELIO · MASCVLO
V · E
OB · EXIMIAM · PRAESIDATVS
EIVS · INTEGRITATEM · ET
EGREGIAM · AD · OMNES · HOMINES
MANSVETVDINEM · ET · VRGENTIS
ANNONAE · SINCERAM · PRAEBITIONEM
AC·MVNIFICENTIAM·ET QVOD·AQVAE
VSVM · VETVSTATE · LAPSVM · REQVI
SITVM · AC · REPERTVM · SAECVLI
FELICITATE · CVRSVI · PRISTINO
REDDIDERIT
COLLEG · III
QVIB · EX · S · C · C · P · EST
PATRONO · DIGNISS

Servavit opinor Gioffredus Nic. p. 17. Inde ipse *Alpi* ms. p. 27, ed. p. 57; Bouche 1, 121 auctore non adscripto; Spon misc. p. 36 ex Bouchio et Gioffredo; Mur. 472, 3 ex Gioffredo; Beaumont *marit. Alps* p. 94; Bonifassi n. 29; Bourquelot n. 29 (inde Henzen 6633); Tisserand 1, 43; Sanguineti p. 199; Carlone n. 131.

3 PRESIDIATVS, 15 DIGNISSIMO Bouche.

M. Aurelio Masculo v(iro) e(gregio) ob eximiam praesidatus eius integritatem et egregiam ad omnes homines mansuetudinem et urgentis annonae sinceram praebitionem ac munificentiam et quod aquae usum vetustate lapsum requisitum ac repertum saeculi felicitate cursui pristino reddiderit, colleg(ia tria), quib(us) ex s(enatus) c(onsulto) c(oire) p(ermissum) est, patrono digniss(imo).